



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Matthias Sanga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

mè se inuicem consaluta-
bant Pater ac socij, opemq;
à Matre Virgine vnicè flagi-
tabant, quam à Filio illa Filij
militibus impetraret, ad
cruciatus & mortem fortiter
oppetendam; Didaco ani-
mos omnibus suggerente;
qui demum & ipse, postre-
mus omnium, ante dimidiã
noctem occubuit. Omnium
corpora concisa frustatim, &
in profluentem abiecta.

Matthias Sanga. Scholasti-
cus.

Scholasticus, at necdum
sacris initiatus fuit Matthias.
id enim Indis, atque Iaponi-
bus tardiùs conceditur; ne
properantia incommodè ali-
quid afferat, ab inconstantia
ingeniorum quæ longo vsu
probata nō sunt. Per quinq;
annos Latinã literaturã im-

Iapon.
Manila.
24. Febr.
1615.
etat. 43.
Soc. 25.

Fides .

butus, magno ardore operã suam patriæ præstitit, concionibus & catechismis, per ipsos 25. annos, quibus nobiscum versatus est magnâ opinione virtutis; modestiæ potissimum, obedientiæ, pietatis. Tum in ea quam Dai-fuus in Iaponia contra Catholicos concitavit tempestate, ipse quoque in exiliũ deportatus, in Philippinas delatus est. ibi Manilæ diem clausit extremum, paulò post quàm ærumnosâ multifariã nauigatione istuc fuisset appulsus.

P. Ioannes Leleszi .

*Hungar^o.
Laureti.
26. Febr.
1594.
ætat. 50.*

Annæ Lauretanæ illum *virum ad omnia summa natum* vocant, multâ doctrinâ, egregijsque animi dotibus illustrem. Post Rhetoricam, & Philosophiam in Bauaria do-